Videat eum dñus Regens

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 26 (8)

Raynutius miseratione divina tt. sancti Angeli pbr. Cardinalis Dilecto in xpo filio Hieronimo Ruscha diacono Bellizonen. Comen. dioc.
Salt. in dño Ut erga sedem aplicam eo amplius crescat tue devotionis affectus quo eam benigniorem inveneris faciendo tibi gratiam specialem
Porrectis igr. nobis pro parte tua supplicationib. inclinati. Auctë dñi ppe cuius penitentiarie curam gerimus Et de eius speciali et expresso man//
date super hoc vive vocis oraculo nobis facto Ut a quocunque catholico antistite gratiam et communionem dicte sedis habente extra Romanam curiam — Vista p. mag. P. — Aut. p. R.
in propria dioc. residente seu licentiam exercendi pontificalia in certa dioc. a sede predicta habente aut per loci ordinarium in sua dioc.
pro collatione ordinum tamen deputato ad reliquum sacrorum presbiteratus ordinem cum primum vigesimum tertium tue etatis annum
attigeris vel ex nunc si in eo constitutus fueris dummodo tamen alias idoneus et sufficiens existas secundum canonicas sanctiones
et sufficientem titulum habeas super quibus ipsius ordinantis conscientiam oneramus etiam extra tempora uno die dominico
vel festivo alias tamen rite eisdem tamen examine et approbatione precedentibus quibus in eadem dioc. promotiones ordinaria
auctoritate fieri solent Cum ordinarius tuus in sua civitate et dioc. non resideat nullumque suffraganeum qui sibi pontificalia
exerceat habeat promoveri et in eo postmodum ac aliis tuis ordinibus etiam in altaris ministerio tui ordinarii licentia
super hoc minime requisita ministrare libere et licite possis et valeas tibi et antistiti predicto tenore presentium licentiam
et facultatem impartimur ac tecum desuper misericorditer dispensamus Defectu etatis huiusmodi ac Lugdunen. et Lateranen. con//
ciliorum et quibuscunque aliis constitutionibus ac tam provincialibus quam synodalibus statutis contrariis non obstantibus quibuscunque
Dat. Rome apud Sanctum Petrum sub sigillo officii penitentiarie XI. Septembris Pont. dñi Julii ppe ii Anno Tertio

Aug.   Jo. Albizi vigintiq. mil.
A. Milesius

A. Cintius

Expta quinquaginta sex Bandinus

Vidi

Banchus

Instrũ ab anno 1201
ad anũm 1298

Vidi iterum
V.

Jo. Bambellay

M. Belle

Morbio 26 (8)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1877289493-10/fragment/page=0002